

# ANALOGIÆ TERMINORUM SACRÆ

CONTINUATIONEM BIBLICAM,

Consensu Ampliss. Facult. Philos.  
in Reg. Acad. Aboensi,

PRÆSIDE

Dr. I S A A C O

ΒΥΣΤΡΑΚΗΝΩΝΙ

*L. L. Sacr. Profess. Ord.*

DISSERTATIONE GRADUALI,

Publice examinandam  
sistit

E SA J A S F E L L M A N

*O. Botn.*

Ad diem XXIX. Martii MDCCXXIX.  
loco horisē; solitis.

---

AEOÆ, Impr. Acad. Lit.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

REVERENDISSIMO

PAIRI ac DOMINO,

DOMINO

# LAURENTIO TAMMELIN,

Dioecesis Aboënsis EPISCOPO  
Eminentissimo, Academiae ibidem  
PRO-CANCELLARIO Magnificentissi-  
mo, Venerandi Consistorii  
PRÆSIDI Gravissimo,  
PATRONO SUMMO.

שפט חייא מקורב בולם אנשי  
השם על מעלה וכבור  
גוזל מן הראשות ומהרו כל  
אשר

אשר לתוכם הותה את זהבישו לאם  
מנחה וברכום במל מוכחה ושלם:  
על כן אתה איש האלוהים המקודש  
מעתה להיות הבוחר הנורל לעם אלהים  
במורח: ואני ראשון הוא אשר עתה  
בעדרת למושים לנגר כל עם אקרא שפה  
והדור הזה חדש: אם נא מצאתי חן בענין  
ווחי לרוץ לפניו איש האלוהים שלוח  
עבץ הזה הרול והקתן אשר כלב  
שפלו שמתי אל רגיליך: יוסף והוות  
ימוס על ימיך וקרטן ברוכורץ טוב  
תאותך לבך יתן לך ובך משאלותיך  
ומלאך ולפניהם אלהים תשכ לאווך ימים:

*Reverendissimi  
NOMINIS TUI*

*Devotissimus cultor  
Efajas Fellman.*

VIRO

Admodum Rever. & Praeclariss. Domino,  
Mag. ZACHARIAE LITHOVIO,  
Pastori civitatis Uhloënsis dignissimo,  
vicini districtus Præposito gravissimo,  
Schole Trivialis ibidem Ephoro adcu-  
ratissimo, Fautori & Patrono  
optimo.

VIRO

Plurimum Rever. atq; Clariss. Domino,  
Mag. ANDREÆ WASELIO,  
Ad Templ. Jacobi & Johannis Stockhol-  
miensium V. Pastori laudatissimo, Fautori  
ut certissimo, ita omni observan-  
tia suspiciendo.

A Nalogiam hancteminorum,  
tionem, cum omnis prosperi-  
Nominibus nuncupat sacram.

E.

## VIRO

Admodum Rever. & P̄eclarissimo Domino;  
Dn. JOHANNI FORSSKÅHL,  
Pastori Urbis Metropolitane ad Templ.  
Friderici meritissimo, Vener. Consistorii  
urbici ibidem Adseffori dignissimo,  
Fautor i & Patrono pro-  
pensissimo.

## VIRO

Spectatissimo & Prudentissimo Domino,  
Dn. ERICO UHLBRANDT,  
Consiliario Curie Uhloënsis equissimo, In-  
spectori rei tabellarie adcuratissimo,  
Fautor i quovis honore & amo-  
re prosequendo.

in singularis observantiae testifica-  
tatis adprecatione, Vestrīs quoq;

Sir.

J am very glæd, to find out this opportunity, to assure you that I have read your Dissertation with as much joy, as I have esteem for you Self.

She is so well write, and so well received by all the choicest men, and so much esteemed in all this country that every one desires to have it before she was printed. Since she came out I see every day a great numbers of its admirers, but none who blame it. For the ignorant, I take no notice of what they say, for they despise commonly what they cannot conceive. As for the rest I pray GOD to fill you with all sorts of prosperities, to bless your just designs, and to prolong your happy daies, there are the vowes,

Sir

Of your most humble  
Servant

de L' ECHLUSE.

ישעיהו

THES. I.



uam cete-

rorum omni-  
um extra se, Au-  
tor & Don inus,  
homini, ceu visi-

bilium præstantissimo, indidit men-  
tem, talis ejus post communem il-  
lam toti generi primævæ perfectio-  
nis jacturam conditio naturalis &  
ratio est, ut quæ sensum illi cum bru-  
tis communem excedunt, ea non ni-  
si summa cum impotentia atq; im-

A

per-

perfectione attingere valeat. Hinc perfectionis omnis Restitutor is ipse non minus ac EffectoR, ut ad altiora fersim levet vim humanæ mentis adeo langvidam, blande quasi condescendit & capti ejus se adtemperat, varias ei in suis, quas nobiscum communicavit, literis, nescio quo non nomine dignissimis, obvias formando notiones : quibus invisibilia ut visibilia, se ipse, quod magis, ut hominem, suasq; actiones, ut hominis ; & id blandius quidem multo humiliusque ac tantæ unquam conveniat majestati, ut plurimum describit : quo ceu in cortice nucleus, corpus in umbra, in speculo faciem advertat homo. Quæ tendere eo & redire putanda sunt omnia, ut ex ipsa hac qualicunq; contemplatione, ipsum ut Ens longe perfectissimum, cuius tamen perfectiones perspicue nequit & plene adseqvi mens nostra, nobis littatur. Ex notionum igitur ejusmodi evolutione utcunque imaginem quandam Entis istius perfectis-

fectissimi, nostræ vim mentis infinitum in modum superantibus, excogitare liceat & formare, quæ in eo, si ab ejus abstractas operibus, erit sita; ut, qviāquid perfectionis in rebus creatis, homine in primis, eorum velut complemento, per notiones quascunq; comprehendimus, illi modo qvodam intelligamus convenire eminentissimo; aut, quidquid illis adhæret imperfectionis, ab illo longissime removeamus.

## THES. II.

**H**ujusmodi vocum qvidem ac terminorum qvidqvid e regno naturæ in sacro codice per analogiam qualicunq; desumptum, & ad sacras reperitur translatum res, ad Deum omnem, omnium perfectionum principium, ejusq; denominations & opera, referri videtur commodissime. Quæ vero de Deo cum honore & rebus quibuscunq; communiter di-

cuntur notiones, ut summatim & qua unquam, in amplissima hac materia, neri potest brevitate, comprehendere liceat, ad tria fere reduci genera non incommodè prorsus possunt omnes: adeo ut primum mens, varias in se deprehendendo potentias ex operationibus metiendas; corpus suis cum & partibus & facultatibus una cum mente agens, secundum; tertium res quælibet aliæ nobis constituant genus. De qvib⁹ dicendi generibus quandoqvidem uberrime juxta ac clarissime ab ipsis, quorum hoc interest, novimus actum, nil hujusmodi amplius a nobis, L.B. hac in opella, præter leve qvoddam spicilegium, posthac exspectabis.

### THES. III.

**I**N primo primum genere s̄tit se-  
se, tanquam ceterarum fons, nobis  
attendenda DEO in sacris tributa  
*Spiritus* notio: qua in genere totius  
cſcen-

essentiæ divinæ spiritualitatem, eanque præ aliis, quibus communis est, spiritibus, quod ad omnes etiam suas affectiones, longe purissimam denotari, notius est, quam ut de ea dicere aliquid habeamus necesse. Huic accedit proxime, per nostrum concipiendi modum, notio *anima*, quæ in fonte per וְנִי exprimi solet potissimum. Quo vocabulo quamvis ex indole linguæ sacræ aliquando ipsa persona etiam pronomine reddenda indicetur; ad Deum tamen relatum maxime *vitalis* ejus ipsam seu essentiam connotat, quam alioquin radice חַיָּה, uti notum omnibus, & hinc derivatis reperias expressam nominibus. Vita vero, quæ intellectualis dicitur, ut nobilissima, ita & hic sola, velut operationum vitalium principium, & ab ipsa quidem essentia minime diversa, in censum venit: ac jure quidem suo per analogiam intrinsecæ attributionis inter ea, quæ Deo cum mente communia sunt, refertur. Hinc intellectus,

*Etus*, velut prior ejus potentia, ex ipsis operationibus in libro fœderis divini Deo adscriptis erit metendus : cui quidem propria est *scientia*, ut & *sapientia*, quæ in genere propriissime, modo quidem eminentiori, ne intellectum divinum humano metientes modulo, cogitemus de illo quæ cum perfectione ejus summa et diametro pugnant, illi competunt. Quæ vero voces *cognitionis experimentalis*, per *deliberationem*, *scrutationem* & *interrogationem* Dei in primis denotatae sunt ; nec non *recognitionis*, *oblivionis*, *cogitationis*, & quæ sunt id genus aliæ intellectus operationes de Deo in S. S. *prædictarum*, & *imperfectionem* involventes, eiusmodi sunt, ut per analogiam proportionis, hoc est, improprie per συγκατάστασιν *divinam* & οἰκουμενῶς, ut Philol. amant loqui, sint, prout singulis constat, intelligenda.

#### THESS. IV.

**A**ltera mentis etiam Deo tributa fa-

facultas est *voluntas*: quam tamen in se non aliter penes nos nisi munere & operatione differre ab intellectu, vero videtur esse simile. Deus autem unico actu eoq; simplicissimo vult omnia, quum purissima ejus voluntas nihil ab essentia ipsa diversum inferat: pro objectorum vero diversitate diversas sortitur denominations. Actuum enim in divina essentia successio, varietas & mutatio, si quæ ponerentur, imperfectiōnem denotarent maximam. Exserit vero sese voluntas maxime per libertatem, eamq; in Deo summam & perfectissimam, cum potentia quadam omnimoda, id quod vult, efficiendi conjunctam. Quæ cum propriissime & præcipua quadam ratione, ad dignitatem illius atq; εξοχην præ aliis omnibus exprimendam, competit Numinis isti liberrimo, eo ipso quidquid unquam ratione quacunq; aliquem importat defectum, a se operc removet maximo.

**I**NTER divinæ hujus voluntatis a-  
ctus, ut schola amat loqui, eninent  
præcipue ei etiam tributa subinde *de-  
creta*, quæ non sunt, ut placet Ben.  
Spinozæ, necessarius naturæ ordo &  
immutabilis; verum firmum ac im-  
mutable in mente Dei de eo quod  
libera facturus est voluntate, pro-  
positum. Res igitur ipsa nos iterum  
heic de Deo n ore loqui humano,  
docet. Fieri enim aliter per im-  
becillitatem mentis nostræ nequit,  
quam ut decreta concipientibus di-  
vina, successio actuum variorum &  
mutatio, & quæ cum simplicitate Nu-  
minis parum conveniunt alia, simul  
animis obversentur. Ceterum de-  
creta non sunt in Deo accidentia,  
quia æterna; nam alioquin impli-  
cat. Sunt quidem libera in suo ob-  
jecto; necessaria in ipso subjecto.  
Neque in DEO sunt multa de-  
creta, sed unus actus simplicissimus  
circa diversa occupatus objecta. Cum  
ju-

,

judiciis autem divinis non semper reciprocantur hæc ipsa decreta : hæc enim absoluta & antecedanea esse possunt ; illa vero hypothetica sunt & consequentia. Ex operibus quidem de decretis, ut in Deo sunt, quam versa vice judicamus cautius ; quum nec hominum decreta ab aliis aliter satis nequeant perspici : sed quæ in humanis aut in perfectionem arguunt quandam, aut infirmitatem, aut defectum, a divinis peritus sunt separanda decretis.

### THES. VI.

**V**oluntatis porro ex objectorum representatione, cum relatione quædam ad nos spectatorum, orti motus, *affectus* solent vocari. Illorum quicunq; de Deo dicuntur, nullam in eo perturbationem involvunt aut commotionem : repugnat enim, moveri id quod est immutabile. Verum ut quod a nobis agitur, evadat

clarior, differentia heic erit quoq;  
 affectuum advertenda: quorum qui-  
 dam perfectionis sunt nullius, sed  
 defectus tantum humani, ut invi-  
 dia, ~~irritatio et vexatio~~ &c. qvi cum a  
 Dei natura sint & bonitate alieni, de  
 illo nec dicuntur, nec dici possunt  
 unquam. Alios, si placet, perfectio-  
 nis irma dixeris affectus, qvi homi-  
 nem qvidem perficiunt; Deo vero  
 ob formalem, quam important, im-  
 perfectionem re ipsa competere non  
 possunt. Tales sunt pœnitentia, tri-  
 stitia, longanimitas, misericordia &c.  
 qvi proprie qvidem loquendo in Deo  
 non sunt, licet de eo dicantur: qvip-  
 pe quod mutatio, quæ cum affectu  
 ejusmodi humano conjuncta est,  
 sit indigna Deo. Si vero a sua evol-  
 vuntur imperfectione, ab illis divi-  
 na non plane abhorret essentia. Hinc  
 figurate ac improprie, seu per eam,  
 quam sapienter commemoro, propor-  
 tionis analogiam veniunt accipien-  
 di. Est vero etiam affectuum ge-  
 nus, mediæ sic dictæ perfectionis;  
 ut

ut gaudium, amor, odium peccati &c.  
qui secundario sunt in homine, pri-  
mo & quidem ratione longe puriori  
in Deo: nee sunt aliud quid, quam  
voluntatis actus, qvi ex conceptu  
humano cum operationibus homi-  
num, qvi ejusmodi concitantur ad-  
fectibus, velut cum umbra seu ima-  
gine, quandam habent convenien-  
tiā.

### THES. VII.

**Q**uae autem de Deo & humana  
voluntate, (ut eorum, quos hacte-  
nus fere secuti sumus, vestigiis por-  
ro insistamus,) communiter dicun-  
tur, *virtutes morales*, earum summa  
omnium, cuius aliæ nihil sunt nisi  
modificationes, (liceat eo uti voca-  
bulo,) est amor: unde etiam san-  
ctitas & justitia emanant ac veracitas.  
Amor autem benevolentia, nec non  
amicitiae, certo quidem sensu de Deo  
dictus, pro conditione objectorum  
di-

diversa, diversaq; ad homines refa-  
tione, nunc gratia, nunc benignita-  
tis, nunc ~~θεωπία~~ & misericor-  
diæ venit in S. S. adpellandus nomi-  
ne. Quæ omnes eminenter per  
intrinsecæ rursus attributionis analogiam  
judicantur convenire Deo; ita  
quidem, ut qvo ad ejus exemplar ho-  
minum virtutes accedunt proprius,  
co*æ*stimentur jure perfectiores.

### THES. VIII.

**Q**UAM notionibus hisce secundam vindicavimus classem, totius compo-  
siti nobis sifit nomina & operatio-  
nes, ipsiusq; corporis membra hu-  
mani, duntaxat nominanda. Hæc ve-  
ro *corporis membra* (ut de illius primum  
dicamus partib9, quum & proxime de  
altera parte ejusq; egeri in9 operatio-  
nibus,) sunt in S. S. non Deo ipsi,  
ipsius vero effectibus tributa & ad-  
fectibus. Efficacia enim divina per  
illa monstratur, & apparitio, non  
habitus Dei. Hinc, prout latet ne-  
mi-

minem, illa *αὐτοπενηθῶς* dicta,  
G<sub>eo</sub>n p<sub>e</sub>c sunt intelligenda : idq;  
ex genio linguæ primæ, externis in-  
terna, membris affectus depingen-  
tis; cui oculus scientia est, manus  
potentia, facies præsentia, cor ad-  
fектus &c. quæ omnia tales de Deo  
perfectas demonstrant actiones, qua-  
les iisdem solent membris homines  
in sua sphæra perficere. Detecta est  
heic dudum opinio Sam. Bohlii sa-  
tis speciosa, qvi hæc proprie de Deo  
accipienda esse membrorum nomi-  
na, ex formalitate, quam perhibet,  
vocum Hebræarum, per abstractio-  
nem Grammaticæ potius allusionis,  
quam derivationis, evincere contem-  
dit. Salvo vero aliorum judicio, nos  
abstractiones distinguimus Gramma-  
ticas a Logicis, originem vocis ab  
usu recepto, quem penes vis est non  
raro omnis & norma loquendi. Præ-  
terea quanquam laudabile in gene-  
re erat institutum Bohlianum in e-  
ruenda vocum formalis significatio-  
ne: tamen in specialibus audacia e-  
jus

jus a Clarissimis Philologis impro-  
bata est.

*THES. IX.*

**Q**uæ insuper Deus in suis sibimet litteris certi status respectu & conditionis humanæ humana vindicat *nominæ*; pastorem, medicum, testem, custodem, inter alia ejusmodi plurima, semet adpellando: non tam ipsa *nominæ*, quam operationes humanas, divinas iisdem expressurus, suo scilicet modo intelligendas, prout in se notum notatumque a nobis est saepius, sibi adsignat. Quo vero etiam pacto *actiones* hominum, & membris corporis Deo antea tributis, ore videlicet, manibus, pedibusq; , & sensibus externis [ qvos inter tactum & gustum rarius de ipso dici advertas, ] peractæ: nec non peculiariter generatio; non æterna quidem illa, quæ omnino, quidquid excogitet de suo Roëllius, propriissima est, simul tamen mirabi-


biliter singularis & ~~avexixias~~; (mysterium enim est, quod nos pie mirari, quam stulte rimari potius decet:) sed tum spiritualis & mystica, tum alia ad extra respectu etiam inanimatorum sic dicta: quo illa, inquam, pacto veniant intelligenda, ~~arθρωτάσια~~ & proportionis analogia regulam nobis suppeditabunt.

### THES. X.

**R**estat ultimum genus a rebus in regno naturæ quibuscumq; sitis ductum: in quo præsertim *animata* ratione destitutæ, cum suis & nominibus; utpote quod Deus vocatur leo, agnus, & sic porro: & operib; & membris ejusdem generis animalium, (quo etiam plantas earumq; species ex usu & vi vocis referimus,) semet sicut sunt nobis jam non nisi in genere hoc referenda; quum vel ex supra dictis earum etiam acceptio constet abunde. *Inanimata* vero sunt res variæ, quarum nomina vel ab ipsa

psa earum natura, h. e. elementis omnibus & corporibus cœlestibus, corumq; affectionibus: vel ab arte qualibet & humana industria; cuiusmodi sunt arna, calix, liber, panis &c. vel etiam adjunctis externæ fortunæ; utpote, divitiae, hereditas, thesaurus &c. petita; & quæ non generis ejusdem hoc referri nequeunt: quæ, hisce sic observatis, omnia judicatu cuique erunt facillima. Et ne actum agamus, plura non addimus; quoniam hæc nostra posteriora qvidem in primis duo dicendi genera ex instituto tractasse Clarissimum Glassium, & ante eum Flacium in Clavi sua non prorsus intacta reliquisse, (ques, qui plura cupit, consulat,) in apri-  
co est omnibus.

קָרְשֵׁט אֱלֹהִים בְּאַמְתָּן כִּי  
וּבָרוּךְ אַמְתָּה :



**כָּל**

ה גרויל חסר וחן יהוה אלהינו  
 אלינו אבשיס העוד הוא בספרו  
 קדוש קדושים נכל מקומות;  
 וכחדרות האלם גם זאת כי  
 העלוין החזא נחרע אל בירת אום  
 אשר עפר ואפר בחקרא לו בשמות  
 אנשים ובנות מעשיהם באשר  
 פרש להם ארץ שמות זו וארץ מעשי  
 אשר אין חקר להם כלל עורות;  
 למען יאור הארץ עיט הארם לראות  
 מפלאות בבל מעשי אלהית ולהלל את  
 שם אלרים כוראו ומישיעו: ואתה  
 אחוי הנאחים בכתקארת כל האלים  
 יכונן יהוזה את מעשהך ורך לכבוד  
 שמך

שםו המברך וויספ עזר להאוי ארץ עניין  
בחקור וכבהגד ורכיו על חסוז ועל  
אמת;

ארץ בעט מהז כתוב

CHRIST. FELLMAN.

O. Bern.

